



Horologium Spirituale Scholasticorum Societatis Jesu

Dirckinck, Johann

[Osnabrug, 1696]

Piè incumbendi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55025](#)

pedire desidero. Tibi vigilo mi Iesu, tibi dormio,
tibi vivo, tibi morior.

III. Ad SPIRITUM SANCTUM.

O Spiritus sanctissime! omnia nocturna phan-
asmata, somnia & vitiorum irritamenta,
contra voluntatem meam esse ac fore protestor:
dignare sub alas protectionis tuæ suscipere, ut in
te secundum vivere, in te centro cordis mei requiece-
re valeam.

IV. Ad Beatissimam VIRGINEM.

Permitte, obsecro, Mater amantissima, sub pallii
tui cœlestis umbra & protectione securè qui-
escere, Deumque meum, etiam dormiendo secun-
dum voluntatem ejus laudare. Maria Mater gratiæ,
Mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege &
mortis horâ suscipe!

V. Ad S. ANGELUM CUSTODEM.

Angele mi Custos fidelissime, qui me dormi-
ente vigilas, totaque nocte mihi assistere non
dedignaris: advigila obsecro ad me, meos, totam-
que domum hanc, ac Dæmonis insidias ab ea re-
pelle, meo loco, assidue Deum lauda, & ad lau-
des ejus, cras statuto tempore resumendas me ex-
citare dignare.

VI. Ad SS. PATRONOS.

O Sancti Patroni mei NN. me quiescentem
protegite, vicésque meas in laudando Domi-
no Deo nostro supplete, misericordias ejus hac
nocte & in æternum cantantes. Impetrare mihi
quoque gratiam, in gratia ejus semper vivendi &
moriendi, ac gloria ejus æternum perfruendi. Amén.

Praxis piè incumbendi.

L. Cubiculum ingressus te ex lectum aquâ lu-

stra.

Praxis p̄ie incumbendi.

219

strali asperge, memor Dei & S. Angeli tui præsentis, uestes decenter exue, & si preces prædictæ absolutæ sint, psalmum miserere vel de profundis pro defunctis vel illa nocte exspiraturis recita.

II. Post hæc ad lectum velut ad lethum, ad somnum velut ad fratrem mortus te compara. Letū ingressus, dic cum piissimo Joanne Bergmanno: Ecce fortassis sepulchrum ingredior, vitæ incertus, nec crastinum certò mihi polliceri ausus.

III. Deinde revoca obiter in memoriam puncta crastinæ meditationis, & horam quā surgendum erit, juxta præscriptum S. P. N. in Lib. Exercit.

IV. Deniq; lateri dextero incumbens, involutus decenter indusio genibus, & decussatis ante pectus brachiis, somnum operire, dicens, *in pace in idipsum, dormiam & requiescam: In manus tuas Domine commendō spiritum meum, cum desiderio intimo toties te Deum meum cherubice laudandi, ac seraphicè amandi, quoties per noctem corporis arteriæ salient.*

F I N I S.

INDEX HOROLOGII SCHOLASTICORUM.

*Instructio prævia de perfectione operum p. 1.
P R A A X E S.*

<i>Religiosè surgendi.</i>	<i>p. 33</i>	<i>Piè incumbendi</i>	<i>p. 218</i>
<i>Persolvendi preces matutin.</i>	<i>26</i>	<i>Vespertinas.</i>	<i>217</i>
<i>Formandi intentionem.</i>	<i>44.</i>	<i>Meditandi</i>	<i>52</i>
<i>Orandi ad trinum campanæ pulsum</i>			
<i>Mane</i>	<i>66.</i>	<i>In meridie</i>	<i>174</i>
<i>Audiendi de votè sacrum</i>		<i>Vesperi</i>	<i>206</i>
			<i>68</i>